

THESIS IV.

*Media, quibus Curationes Sympatheticæ absol-
vuntur.* Si media, quibus absolvuntur, & eorum ap-
plicandi rationem spectes, partim sunt infi-
da (a) & superstitiosa (b), partim quoque ab-
furda (c) & obscena (d): Philosophiæ vero na-
turali (e) quam maxime adverfantur.

Ἐκθεσις.

*Sunt inst-
da.* (a) Curationes Sympatheticas a Medico rationali non
vocandas esse in auxilium, ut rationibus hanc nostram
stabiliamus sententiam, dicimus, eas infidis peragi reme-
diis. Qua enim ratione fidem quis ejusmodi adhibere
possit remediis, quæ iis utentes fallunt sæpius, quam spem
eorum explent; imo quæ, loco speratæ sanitatis, aliis an-
sam præbent morbis, nos equidem non videmus. Exem-
plis hæc vivent Regulæ. Fœde illorum decipi Spes, qui
Pulverem Sympatheticum non modo hæmorrhagias na-
rium, si aliquot sanguinis guttulæ subjacenti illi instillen-
tur, sistere, sed etiam vulnera, curam eorum dirigente
multis milliaribus ab ægro absente & gladium, seu aliud
corpus sanguine vulnerati, commaculatum deligante, eo
ipso sanari credunt, unus fere est Autorum consensus, u-
na quærela, si hujus Pulveris Patronos, Defensores, Lau-
datoresque exceperis, quos optimo sane jure ST. BLAN-
CARDVS, per experientiam una cum aliis edoctus *fabula-
rum esse scriptores* asserit, referente & approbante CASTEL-
LO *Lex. Med. sub Tit. SYMPATHETICVS.* Repete ex I. M.
VERDRIES *Introd. in Physic. Thes. antec. de pulve-
re*